

parti appellationem, vt post alios latē Gratia. *discepta foren. c. 353. n. 13. & nos alibi diximus suo loco.*

247 Faciunt etiam plurimā doctrinā adducta per Hieron. Gonz. in *regul. de alter. gl. 56. a. n. 48. vsque ad 109. & Gratia. c. 301. a. n. 40. qui n. 44. post Aymo. cons. 248. n. 2. 3. & 4. dicens, quod non sufficit opponere, seu contradicere exceptionem oppositam, nisi etiam a receptione per iudicem opponens appellet. pulchrē & latius Feli. in *cinier. monasterii sub n. 2. 3. colu. 1. 4. vers. tēpera tamen. vsque ad fi. de re iud. Areti. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poss. fac. ideo per doctrinā huius limitationis temperanda est omnino regula, a nobis supra posita hoc capite, vt excessus executionis sit nullitas, vt non procedat in hoc genere excessus ratione causę, hoc est, exceptionis non admittē, quia tunc excipiens omnimodo tenetur appellare.**

CAPVT IV.

Pro executoris excessus repositione, & appellationis cognitione, iudex quis competens ad eundem, & an ab ordinario Ecclesiastico reponere volente excessum, factum ab executore Apostolico, seu alterius iudicis superioris; appellationi interiecta haud deferens, an vim faciat.

S V M M A R I V M.

Ab executore non appellatur nisi claustra & limites commissionis excedat, & tunc nisi semel. num. 1.
Ab excessu appellatio ad superiorem mandantem proponenda est. n. 2.
Cognitio an sit excessum a commissione, spectat iudici a quo emanauit commissio. n. 3.
Executorialium executor Papa si nudi facti executionem alicui committat, & is excedat, potest de excessu cognoscere. n. 4.
Sententiam a se latam si idem iudex exequatur nuntio misso ab eo excedente mandatum, ad iudicem mandantem pro repositione recurrendum est. n. 5.
Nuntio exequente prout in mandato, erit recurrendum ad mandantis superiorem, & de ratione. n. 6.
A iudice requisito excedente in executione ad quem sit recurrendum & appellandum. nu. 7. remissiuē.
Appellationi a superiore mandante cognoscente de excessu executoris sui non esse deferendum. num. 8.

Ab ordinario reponere volente excessum executoris Romana Curia appellationi emissa an sit deferendum. n. 9.

Executoris potestas commissionis tenore est circumducta, que tantum valet quantum sonat. num. 10.

Executori intelligitur prohibitum omne illud quod claustra commissionis excedit. n. 11.

Potestas sententię executori commissa certis finibus concluditur. n. 12.

Executor Superioris in excessum remanet priuatus & subiectus correctioni iurisdictionis ordinarię. n. 13.

Executor Superioris quantum commissionis limites egreditur, tantum alienos scilicet Ordinarij intrat. n. 14.

Iudices ordinarij non debent permittere executoribus Principis extra modum exequi & Vasallos cedere. n. 15.

Executoribus excedentibus modum executionis resistere licet cuiuslibet priuato. n. 16.

Excedentes claustra & limites virtutis intrant potestatem Dæmonis. n. 17.

Executor Principis licet sit maior ordinario, in causa commissa tamen excedens priuatus reputatur & ordinario inferiori, cui resistere potest & excessum reponere. n. 18.

Executori Papa etiam mero excedenti potest Ordinarius resistere & quilibet alius. n. 19.

Executori procedenti in negotio sibi specialiter non commisso, potest iudex ordinarius & quilibet alius resistere. n. 20.

Subexecutori Auditoris Camera dato ad exequendum pensionem in partibus, potest Ordinarius resistere & oppressum defendere. n. 21.

Executor inordinate procedens & excedendo dicitur spoliare, cui vt priuato licet resistere. num. 22.

Iudex inordinate procedens & extrajudicialiter, facit iniuriam, & vt priuatus conuenitur. num. 23.

Quod obtinet in iudice incompetente procedente etiam seruato iuris ordine. n. 24.

Et etiam si competens nulliter non procedat. num. 25.

Executorem excedentem mandatum tanquam superiori inobedientem posse punire ordinarium. n. 26.

Contra executoris ministros & tabelliones excedentes salarium in commissione vel lege taxatum, posse ordinarium procedere vt excessum restituant. n. 27.

Executorem delinquentem extra commissionem indubie potest ordinarius incarcerare & punire. n. 28.

Suprema Regia tribunalia vix permittunt suos ministros etiam excedentes ab ordinarijs corripere. num. 29.

In iudicijs Ecclesiasticis ordinarius reponit excessum

cessum executoris ob maximam difficultatem ad eundem superiorem. n. 30.

Propter difficultatem recurrendi ad Superiorem, libet iuris rogorem transferri. n. 31.

Ab ordinario volente reponere excessum executoris etiam Apostolice appellationi emisse non esse deferendum. n. 32.

Iudex superior de excessu executionis cognoscens siue per viam querelę, siue appellationis, non potest se introumittere in negotio principali, sed an sit excessus, vel non, dumtaxat. n. 33.

Superior cogniturus de executore excedente ob non admittas legitimas exceptiones, non potest cognoscere de causa principali, sed dumtaxat an iure sint reiectę, vel non. n. 34.

Iudex superior cogniturus de appellatione a nullitate sententię, non potest cognoscere de iustitia aut iniustitia ipsius sententię. n. 35.

Superior cum non possit nisi super nullitate sententię in rem iudicatam transacta adiri, non potest de iniustitia cognoscere, quia nullam acquiri iurisdictionem. n. 36.

Super excessu superior aditus non super simplici iniustitia, non poterit de ea cognoscere, cum in libello contenta non sit. n. 37.

Excessus est articulus separatus ab executione & executorialibus. n. 38.

Commissio super appellatione ab excessu ad illum dumtaxat restringitur, ac etiam omnes eius clausule suspensivę & inhibitiuę. n. 39.

Excessus contractuum quarentizium non tangit, & ideo simplex commissio datur super appellatione ab eo. n. 40.

A cuius iudicis factio appelletur est attendendum, vt fiat iudex pro repositione excessus & grauaminis sit ad eundem. n. 41.

A iudice qui sententiam tulit exequente si appellatur, erit recurrendum ad ipsius superiorem. n. 42.

A nuntio iudicis exequentis adimplente tamen mandatum limitatum, non ad mandantem sed ad eius superiorem appellatur. n. 43.

Nuntius qui exequitur prout in mandato, non est qui grauat, sed mandans cui excessus & grauamen attribuitur. n. 44.

Quod procedit quando appellatur specificē a facto iudicis committentis, non simpliciter a facto executoris & nuntij. n. 45.

Si appellatur a iudice requisito exequente pro grauamine excessus requirentis, non ad istum sed eius superiorem erit recurrendum. n. 46.

Iudex requisitus prestando auxilium facti petiti pro executione, non est qui grauat, & sic ad superiorem requirentis erit appellandum. n. 47.

redditur exemplum.

Ab executore seu nuntio excedente limites mandata executionis, appellatur ad iudicem mandantem. n. 48.

A iudice requisito pro executione sententię exce-

dente mandatum, an ad requirentem vel superiorem requisiti sit ab excessu appellandum. num. 49.

A iudice requisito exequente iure proprio grauantem appellatur ad illum superiorem. n. 50.

Iudex requisitus pro executione sententię a iudice alterius territorij late dicitur delegatus & executor, & ad requirentem appellatur ab eius excessu. n. 51.

A iudice Ecclesiastico cuius officium imploratur pro executione lata a seculari, ad quem appellandum. n. 52.

¶ VM ab executore non aliter appellari posse nisi claustra, ac limites sue commissionis excedente, & tunc nisi semel unicuique parti permitti; satis vsque ad refectionem proximo præcedenti capitulo dixerimus, quis pro excessu repositione appellationis virtute sit ad eundem: nunc tractemus. Quod & breuius absoluendum, cum apud omnes hoc saltem receptissimum sit, quod ab executore excedente fines mandate commissionis suę ad superiorem mandantem appellatio interponenda sit, cogniturum de excessu (ex actorum inspectione vt ibi dixi) ad effectum reponendi ante omnia, probant optimē Ab. in c. quoad consultationem num. 28. vers. sed quero ad quem appellabitur. de sententię. excec. art. 7. gl. 13. num. 1. tom. 1. fol. 377. Feli. in c. pastoralis §. præcrea in prin. de off. & potest. iud. deleg. Alexan. cons. 95. lib. 2. Beroi. cons. 32. num. 18. lib. 3. Lancelo. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. num. 29. dicentes, quod cognitio, an modus in exequente do fuerit excessus, spectat ad iudicem, a quo, scilicet, emanauit commissio, Efficacia in tract. de appella. quest. 17. limi. 10. a. num. 67. vbi infert, ex hoc, quod si iudex datus a Papa ad exequendam rem iudicatam, & is committat nuntius, seu subexecutoribus executionem meri, nudique facti, si isti excedant, erit recurrendum ad ipsum iudicem delegatum, qui etiam Ab. & Rebuf. idem esse affirmant in nuntiis, & aguacellis missis ab eodem iudice, qui tulit sententiam, illam exequente. quoniam si ipsi excedant modum mandati, ad ipsum iudicem mandantem erit recurrendum, vt secus sit, quando nuntij exequuntur prout habet in mandatis, non grauando, nec excedendo fines eius, quia tunc reputatur factum iudicis mandantis, ideo non ad ipsum, sed ad superiorem mandantis appellandum erit.

Quando autem ipse iudex ordinarius qui sententiam tulit, exequitur eam, vel quando iudex alterius territorij cuius officium pro executione imploratur, seu in auxilium

7 defectus iurisdictionis, seu ad literas requiritas, ad quem sic recurrendum & appellandum, ab eorum excessibus, & grauaminibus, an ad eorum superiores, vel ad requirentes, videre potes apud eosdem, late tractantes per distinctiones, & consule insuper Bar. & reliquos in l. ab executore ff. de appella. & in l. à duo Pio. in prin. ff. de re iudi. ad quos se remittit etiam Parla. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 2. p. 3. num. 6. & nos latius inferius à num. 41.

8 Ex quo infero, quòd si appellatur à superiore executoris excedentis cognoscente de excessu ex capite incompetentiæ & defectus iurisdictionis, non esse deferendum, & vim non fieri, erit declarandum, cum ipse de eo cognoscere rectè possit regulariter (vt nos infra à num. 41.)

9 Quid autem sit dicendum, quando ab ordinario reponente excessum executoris Romanæ Curie, Nuntij Apostolici, aut alterius Ecclesiastici superioris iudicis, appellatio interponatur, an vim facere dicetur, si ei minimè detulerit, tanquam nulliter procedens ex defectu potestatis, & iurisdictionis in quo vim nullam fecisset, declarandum censo, cum ad hoc sibi sit à iure attributa potestas, nec sit sua suspensa iurisdictione, eo quòd sit ordinaria & minor. quæ per excessum iam suspensionem euasit. enim uero executor adeo limitatam & circumductam

10 habet suam potestatem, ac iurisdictionem commissionis tenore, cum tantum valeat, quantum sonet: vt omne illud quod eius claustra, fines, limites, & regulam egreditur, sibi stat prohibitum omnino, Petrus de Ancara. conf. 207. in questione. col. 2. Angel. conf. 138. visis col. 2. Vantius post alios in tract. de nulli. sententi. ex defectu iuris delega. num. 91. optimè Bobadilla in polit. lib. 2. c. 21. num. 98. maximè cum potestas sententiæ, quæ executori exequenda committitur, certis finibus, & limitibus concludatur. text.

11 in l. ex stipulatione. ibi, cum potestatem sententiæ certis finibus concludi, sæpe constitutum sit.) text. in l. post sententiam. ibi, post sententiam, quæ finibus certis concluditur.) C. de sentent. & interlo. omni. indi. ergo sub illis executor debet contineri, & concludi, cum eius tenorem cogatur præcisè seruare, text. in l. actorum verba, ibi, tenore sententiæ perseverante.) ff. de re iudica. & alia iura adducta c. præcedenti à num. 44. remanetque sine potestate, non executor, non iudex, (vt diximus c. præcedente à n. 56.) sed priuatus, sub iurisdictione ordinarij, eius censuræ, & coëctioni remissus. Quantum enim executor proprios commissionis limites egreditur, tantum alienos, ordinarij nempe, inci-

pit intrare, & illius iurisdictioni eodem passu subiectus remanere. iste est text. elegans, & expressus in l. si contra. ibi, contra nostra præcepta si quisquam vetito, ac temerario ausu exercere audebit, licebit prouincie moderatori, eundem correptum ad sublimitatis tuæ iudicium sub prescriptione dirigere, & licebit prouinciali, si probetur obnoxius executor, contra vitam exactiorem sibi vendicans temeritate, legitime repellere, &c.) C. de executor & exactor lib. 12. aut. de mandatis Principum. §. inde competens, vbi dicitur, vt ordinarij iudices non permittant executoribus à curia imperiali missis iniuste, & vltra modum aliquid exequi, nec in aliquo suos subditos ledere, auth. vt iudices sine quoquo suffrag. §. volumus. conducent plures doctrinæ adductæ hæc 4. p. c. 3. à d. n. 56. imò cuiuslibet priuato permittitur talibus executoribus, vltra modum exequentibus, ac formam mandati excedentibus, de facto

15 resistere. l. prohibitum & l. defensionis facultas C. de iure fisci. lib. 10. l. omnes. la. 1. C. de decurionibus, eodem lib. l. his quidem. C. qui militare non possunt. l. 12. & l. denotum C. de metatis lib. 12. l. quoniam iudices. & ibi Bal. C. de appella. text. in c. iudic. 3. quæst. 1. c. priusquam 28. d. ergo multo magis iudex ordinarius executores quos excedentes reperit in suo districtu, & iurisdictione. Pro quo facit illud diui Gregorij lib. 6. moralium: Fiunt (inquit) enim subito & improuiso fulgura, quos autem extra domos penitentia reperit vagantes

17 per agros vanitatis vitæ presentis, putrescentes, descendit super eos repentinae mortis tempestas, & subito extinguntur, & à dæmonibus eis insidiantibus rapiuntur in hora mortis, &c.) quasi dicat, excedentes & egredientes limites, claustraque virtutis, intrant potestatem dæmonis statim.

Et insuper quòd iudex ordinarius possit

18 coërcere, & reponere excessum factum ab executore misso à Principe, seu alio quouis superiori, quia licet executor ipse, quantum attinet ad suam commissionem, & intra eius limites, sit ordinario maior, ac superior: artamen confitit de excessu, cum eius respectu nec reputatur iustitiæ minister superior, nec executor, sed priuata quædam persona ordinario inferior, potest illi ordinarius inhibere, & resistere, & excessum reponere. gl. B. & Doctores in d. l. qui contra. & in d. l. prohibitum. C. nobilissimas 97. d. gl. in c. si. verbo, expensis, de rescript. lib. 6. Ioan. And. in c. si. de rescript. in nouel. Archidi. in c. si eo tempore de rescript. in 6. Ab. & alij, quos referens sequitur Auiles in c. 1. prelo. gl. mandando num. 32. & seqq. Cardina. Zaba. in elem. 1. num. 16. vers. uerum non debet de off. ordina. &

in elem. 2. super verbo notarij nu. 2. de hereticis. Alexand. ad Bart. in d. l. prohibitum. Puteus de syndica. verbo resistenti. cap. 1. num. 3. ad fi. decisio Capell. Tholosa. 423. & ibi singularis additio Aufserij. Boërius quæst. 9. num. 5. Marant. de ord. iudicio. diffus. 1. per totam. Auenda. in cap. 2. prelo. num. 12. & in cap. 11. num. 9. Dueñas in regul. 190. amplia. 8. & 11. reg. 191. ampliatione 4. Aufser. in elem. 1. n. 107. & 109. de off. ordina. Soci. conf. 83. pro clariori num. 19. volu. 4. Placa de delictis lib. 1. cap. 28. num. 9. Mexia super legi. Toledo. 2. sum. 11. p. n. 39. & seq. fol. 106. Azcu. in l. 3. tit. 6. lib. 3. recopil.

19 Et hinc est, quòd executor etiam merus à Pontifice missus, si excedat; potest ei iudex, & quilibet alius resistere, tenet in specie Alexan. ad Bart. in d. l. prohibitum. C. de iure fisci lib. 10. Bobadill. in polit. lib. 2. cap. 21. num. 109. sub littera C. quibus etiam & non parum pertinet, quòd executori procedenti in negotio sibi minimè specialiter commissio, cum respectu illius negotij, non habeat iurisdictionem, potest de facto iudex, vel priuatus resistere, ita dicit Ab. in c. si quando in 2. nota. referens Innocen. de rescript. Bart. in extrauagan. qui sint rebelles. super gl. verbo, rebellando, in prin. Marant. in disputatione 1. n. 35. & in terminis etiam, quòd quando subexecutor auditoris Camere datus in partibus, ad exequendam gratiam pensionis, excedit fines suæ commissionis, possit pars gratuita recurrere ad ordinarium, vt eum ab iniusta subexecutoris vexatione defendat, protegatque, testantur Guigas de pensio. 9. 70. Hierony. Gratus conf. 36. per totum lib. 2. quos sequitur Flores de Mena. in practi. quæst. 4. 12. n. 45.

Et insuper etiam probatur, quoniam executor, qui sub suæ commissionis limitibus, claustròque non continetur, sed eius limites excedit, in excessu definit esse iudex, executor, ac inordinate procedit neglecta forma tradita, & efficitur priuata quædam

22 persona absque iurisdictione, potestate, & extraiudicialiter procedit, cui liberè impuneque resisti potest, cum tunc spoliare dicitur, vt priuatus quilibet, probant Cynus & Alberi. in l. 2. C. si per vim vel alio modo. Ab. in c. dilectus filius, ultimo nota. & ibi Feli. num. 1. vers. fallit 1. de rescript. Cardi. Zaba. conf. 132. col. ult. vers. ad secundum, & c. Brun. conf. 22. num. 2. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune num. 50. de acquir. poss. Beroi. in c. conuenerente num. 5. & 6. de restitutione spolia. Ioan. Baptif. Ferr. conf. 22. num. 4. & 5. & conf. 30. num. 1. Francif. Mare. quæst. 219. num. 2. Bernat. Diaz in tract. fallentia. verbo spoliatus. Bettran. conf. 114. n. 4. lib. 4. & conf. 130. num. 4. lib. 6. Iacob. à S. Georgio in l. si de vi. in fi. de iudicij. Ce-

pola conf. 19. num. 4. Anro. Malt. in l. naturaliter. §. nihil commune. ampliatione 16. de acquir. poss. Alciat. de presumpcio. regul. 3. presumpcio. 9. in fi. Decius in l. vt vim. num. 24. ff. de iust. & iur. Socin. in tract. fallentia. regul. 442. fall. 2. Menoch. de recuper. poss. rem. 8. n. 8.

Et quoniam quando iudex sic procedit extraiudicialiter, & vt priuatus committit spoliū, & inferre dicitur iniuriam, & vt 23 alius quilibet priuatus potest conueniri, l. qui iniuriarum §. qui iure iuncta l. nec Magistratus ff. de iniurijs. Beroi. in d. c. conuenerente. Placa d. cap. 28. num. 9. Ruin. conf. 153. in fi. lib. 5. Craucta de antiquit. tempor. 4. p. prin. pri. 1. num. 1. & 2. Afflic. in constituto. Neapoli. lib. 1. rubr. 25. num. 36. Menoch. vbi proximè. vbi à num. 13. post plures probat, hoc idem locum habere in iudice incompetente, procedente etiam seruato iuris ordine, quia is vt priuatus procedere dicitur, ex Craucta conf. 302. n. 4. vers. possit etiam. procedit enim isthæc doctrina, etiam quando iudex vt 25 competens procedit, sed nulliter, vt post infinitos ab eodem Meno. citatos probat num. 19. & seq.

Imò tenuerunt plures; posse ordinarium punire hunc executores, excedentem formam mandati, non vt delegatum, sed tanquam inobedientem mandato superioris sui, & immemorem ordinis sibi impositi, Innocen. in c. prudentiam §. adiecimus. col. fi. ad fi. de off. delegati. vbi Ab. in c. fi. de rescript. Gregor. Lopez in 47. glossa otro ninguno tit. 18. p. 3. & gl. in d. §. adiecimus. Boba. in polit. lib. 2. cap. 21. num. 111. qui num. seq. probat idem in ministris, & tabellionibus executorum, excedentibus taxam salarij impositi, & sibi assignati in commissione, aut vltra à lege permillum; & contra eos ordinarium

27 procedere, vt illa restituant, probat text. in authen. vt iudices sine quoquo suffragio. §. volumus. Ripa post alios in c. si quando. de rescript. Auenda. in cap. 2. 1. p. vbi dicit esse vnica ad hoc l. 3. tit. 6. lib. 3. & l. 11. tit. 21. lib. 4. recopil. Azcu. in d. l. 3. n. 1. & 2.

Quæ quidem minis dubitationem continent in excessibus, & delictis factis ab executore, omnino separatis à sua commissione, prout homicidium, stuprum, adulterium, iniuria facta eidem ordinario, & simili. quia tunc ordinarius potest talem executores in carcerare; & adhibita causa cognitione, illum coërcere, quemadmodum quemlibet alium inferiorem subditum. d. aut. de manda. Principum. §. deinde competens. & auth. vt iudices sine quoquo suffragio. §. volumus. Petrus Cyn. & Bal. num. 10. in auth. qua in pronuncia. C. vbi de crimi. agi oport. Aufser. in d. decif. 423. Boërius decif. 9. num. 5. Placa in l. sine

sive ex pratoriano n. 2. C. de executor. lib. 12. Bel-
lenci. de charit. sub l. q. 9. v. 5. Ioan. de Im-
mol. in clem. 1. de off. ordi. Belluga in speculo
Principum rubr. 36. §. conuenerunt à num. 3.
Gregor. Lopez in l. 1. §. tit. 1. p. 7. gl. 1. in me-
dio. Mexia super d. l. Toleti. 2. funda. 1. p. n. 47.
Ab. in c. sanè in 2. num. 3. Decius 16. Ancha-
ra. 1. Barba. 2. & alij Doctores, per text. ibi de
off. delega. Henricus in c. significauit. num. 3. de
off. delegati.

Et quamuis suprema tribunalia Regia
29 vix permittant suos ministros delegatos, &
executores, etiam excedentes cognosci, pun-
niri, ac incarcerationi ab ordinariis, ne hac
sumpta occasione vilipendantur ministri,
& inde executiones impediuntur, & iustitiæ
ministratio minuat, vt etiam aduertit Boba-
dili. in poli. lib. 2. cap. 2. 1. à num. 2. 5. vbi etiam
quid facere potest ordinarius, adnotat hoc
casu: tamen in iudiciis Ecclesiasticis à iuris
regula, tor iuribus, fundamentis, & autho-
30 ritatebus fulcita, non est recedendum. tum
etiam propter difficultatem adeundi supe-
riorem executoris excedentis, qui vt pluri-
mum è longè mittitur, vt sic eam non de
facili potest ad eum recurrere, sed cum diffi-
cultate interdum magna, ordinarius repo-
nat excessum informatus, maxime, quia
propter difficultatem recurrendi ad supe-
31 riorem, licitum est, etiam legis rigorem
transgredi, multaque permittuntur, quæ
aliàs non permetterentur. Redin. de maieff.
Princip. fol. 77. num. 41. verbo, sed etiam per le-
gitimos trami. Innocen. in c. olim. de res. spoli.
Cardi. in clem. 1. num. 16. de off. ordi. l. si quis filio.
§. hi autem ff. de iniur. rup. B. & Doctores in
l. 1. §. si plures ff. de exercit. Ab. Feli. & Doctores
in c. ex parte. de constitu. Auiles in c. prato. 1.
gl. de rechamente num. 22. Ill. in l. si. num. 71. ff.
de off. eius cui man. Bal. in cap. 1. qual. vassal.
iura. deb. fidel. in feu. Anto. de Trigon. singula.
13. num. 5. & 6. quos consule pro casibus
specialibus.

Et sic concludo in hoc articulo, quòd
ab ordinario iudice procedente ad cogni-
tionem, & repositionem excessus illati ab
executore, etiam Apostolico, appellationi
32 emissæ per eundem, (eo quòd careat in hoc
articulo potestate, & iurisdictione) non de-
ferente vim nullam fecisse, declarabit Sena-
tus, eique causam remittendam iterum pro-
cessuro, ex hucusque probatis.

33 Illud tamen singulare meminisse oportet
bit: vt superior, ad quem pro excessus execu-
toris repositione recurritur per viam appella-
tionis, querela; aut nullitatis, minimè
se potest intrinsece in negotium princi-
pale, & executionem; sed illum dumtaxat
excessum indagare, atque cognoscere. iste

est text. mirabilis in l. ab executeore. ff. de appella.
qui dum loquitur de appellatione ab exce-
ssu, commisso per executeorem sententiæ per-
peram illam interpretando, inquit: ita ta-
men vt in causa appellationis reddenda, hoc
solum quaeratur, an iure interpretatum sit,
id quod etiam Diuus Antoni. rescripsit,
&c. & ibi etiam gl. verbo, an iure. Bart. in sum-
mario, & omnes. hoc idem dixit & opime
Specula in tit. de appella. §. in quibus. sub num. 7.
citans Alber. Gal. quem refert Bal. in addi-
tione dicens, hoc tenuisse Alber. Gal. ipse in
tit. de appell. vers. ult. confirmantes quòd
quando appellatur ab executeore excedente,
eo quòd reiecte admittendas, & legitimas
34 exceptiones in via executiuâ, superior iu-
dex de huiusmodi appellatione cogniti-
rus, non potest cognoscere de meritis prin-
cipalis causæ, sed cognoscat de exceptione
tantum, an iure vel iniuria fuerit reiecta. &
in terminis nostris vt à iudice requisito, à
cuius excessu appellatur, vt superior non
possit cognoscere, nisi articulum excessus,
nec possit appellans aliam causam addere,
tenent Guido Papæ quest. 574. num. 2. Vin-
cent. Caro. exceptio. 65. n. 4.

Quod comprobatur ex eo, quòd de cete-
35 ris appellationibus simpliciter interpositis
super causa nullitatis sententiæ dumtaxat, vt
iudex superior non poterit in ista appellatione
cognoscere de iniustitia sententiæ, de
cuius nullitate tantum agitur, sed solum
super ea. ita tenet Philip. Franch. in c. directè
num. 11. de appella. referens sequitur Efcacia
de appella. quæ est. 17. limi. 1. num. 56. qui red-
dunt rationem, quia cum iste iudex possit
adiri dumtaxat super nullitate sententiæ,
ita nec poterit nisi de ea cognoscere, quia
36 nõ est super iniustitia simplici aditus, nec est
hoc petitum, & sic iudex appellationis su-
per ea non acquirit iurisdictionem, optime
Bal. in l. si vi proponis. 4. C. quomodo & quando
iudex. Franc. in c. dilecto 63. q. 10. sub num. 24.
vers. sed aduerte quia. Bal. de appella. Efcacia de
appella. q. 11. num. 129. ergo idem dicendum
37 erit in hoc casu, quòd tum super nullitate
& excessu, non de simplici grauamine, &
iniustitia sit dumtaxat aditus superior, mi-
nimè poterit se intrinsece ultra conten-
tum in libello, non consentiente parte.

Ex eo etiam fulcitur, quoniam excessus
38 est articulus separatus ab executione, &
executorialibus. Bal. in d. l. ab executeore. n. 2.
Gallef. in tract. de obli. camer. tit. de liquid. ex
dictis nu. 11. Marquefa. in tract. de commiss. p.
cap. 24. num. 28. in si. & num. seq. vbi dicit, quòd
huiusmodi commissio super appellatione ab
executionis excessu conceditur in Curia
specialiter de excessu; quare omnes alie
clausulæ

clausulæ ex quibus turbari, impediri, su-
spendi, aut retardari possent in aliquo execu-
tione negotij principalis commissa, delen-
39 da sunt, prout delentur; nam cum iste
præsentis excessus commissionis non re-
pugnet, nec contradicat sententiæ, & exe-
cutorialibus, commissio hæc, ac per conse-
quens inhibitiõ eius vigore emananda, &
decernenda per secundum executeorem, cui
dirigitur, venit restringenda, & arctanda ad
præstatum excessum dumtaxat. citat ad id
doctrinam Saliceti in l. ab executione num. 13.
& Bart. in l. ab executeore num. 14. quibus ad-
iunge quæ diximus supra cap. 3. p. in prin. à
num. 15. cum seqq. & sursum. facit quod la-
tè supra hac 4. p. c. 3. vers. ac insuper execu-
tor, qui executorialis excedit à num. 65.
cum seqq.

40 Facit etiam doctrina ipsius Marquefani
tract. de commissio. 1. p. c. 16. à num. 59. fol. 173.
vbi dicit, quòd quamuis adit Cameralis
obligationis executio, si tamen ab excessu
appellari contigerit, datur commissio sim-
plex, quia est excessus contractum non tan-
gens, nec obligationem prædictam, secun-
dum Bal. in l. 2. in si. ff. de executione rei indi.
Plotus in l. si. colu. si. vers. nota. C. de bonis va-
cant. Bart. in l. ab executeore num. 13. ff. de ap-
pellatio. Ill. in l. properandum. §. si autem. n. 25.
C. de iudicij. & quòd excessus executoris
quid diuersum, distinctum sit, & separatum
à commissione, & iurisdictione mandata,
probat Castell. à Bobadi. in poli. lib. 2. cap. 2. 1.
sub num. 69. De quo etiam vide infra cap. 14.
à num. 204. cum seqq.

41 Vltimo pro necessario complemento
huius materiæ illud vtilissimum non erit
omitendum, ad quem namque iudicem
erit appellandum ab excessu executionis,
vt ei tanquam legitimæ propositæ sit vindi-
que deferendum. & licet ad princ. huius c.
aliqua obiter tetigimus; tamen in hac dif-
ficultate duæ conclusiones cum suis illa-
tionibus, seu exemplificationibus propo-
nendæ sunt, quæ fundantur in illa doctrina,
præ oculis habenda, à cuius iudicis factõ, &
grauamine appellatio prorumpatur: vt ad
illius superiorem sit recurrendum pro illius
prosecutione, & grauaminis repositione.

42 Quo supposito prima erit cõclusio, quòd
si ipsemet executor, qui tulit sententiam,
exequatur, ab eiusque excessu, & grauami-
ne contingat appellari, absque dubio erit
appellandum ad eiusdem iudicis superio-
rem, ita post Bar. in l. diuo Pio. §. sentent. Ro-
me ff. de re iud. & in l. ab executeore ff. de appell.
probat Ab. in c. quoad consultationem num. 28.
in prin. ff. de sent. & re iud. Rebus. in tract. de
sent. execut. art. 7. gl. 23. num. 3. vers. fallit. tom. 1.

fol. 378. Efcacia tract. de appella. quest. 17. li-
mi. 10. n. 67.

Ex hac verissima conclusione primò in-
43 fertur, quòd si ipse iudex non per se ipsum
exequatur, sed per suum nuntium, & nudum
ministrem, cui dedit certum, & limitatum
mandatum, quod nuntius ipse non excedit,
sed ad vnguem adimpletur. tunc si con-
demnatus ex mandato senserit se grauatum,
à tali grauamine, & excessu erit ap-
pellandum, non ad iudicem, qui commisit
executionem, sed ad eius superiorem, quia
factum per hunc nuntium executeorem, tan-
git iudicem committentem, illique attri-
44 buit, non gerenti, quia iste non est qui
grauat, sed iudex qui commisit. ita docet
Bart. in l. ab execut. colu. 1. ff. de appella. pulchre
Rebus. vbi proximè, sub numer. 3. vers. fallit
quando. bene etiam probat Ab. Panor. in d. c.
quoad consultatio. sub num. 28. vers. primo casu,
aut nuntius exequitur. Efcacia vbi proximè sub
d. n. 67. quam doctrinam pulchre temperat
Rebus. vbi proximè d. num. 3. ad si. vt proce-
45 dat, quando appellatur à commissione, &
specificè à factõ ipsius iudicis committentis,
secus autem quando simpliciter appellatur
ab executeore, & nuntio, ideòque debere
appellari à commissione, & ab inde sequen-
tis, si rectè sit appellandum, aduertit Rebus.
ibi, atque etiam testatur, ita censuisse Sena-
tum anno 1540. die Nouembris, quæ do-
ctrina vera est.

Ex eadem conclusione secundò infero,
quòd si iudex qui tulit sententiam, requirit
iudicem alterius territorij, in quo sita est
46 res (iuxta ea quæ nos infra c. 6.) tunc ipse re-
quirens suo mādato grauet, puta: quia requi-
rit eum, & mandat, vt prius exequatur senten-
tiam in immobilibus, aut iuribus, & actio-
nibus: & tunc si ab hoc grauamine appelle-
tur, debet appellari non ad ipsum remittentem,
sed ad eius superiorem, quia remittens
grauat, & ab eius factõ appellatur, tenet Ab.
in d. c. quoad consult. vers. aut alienus iudex non
exequitur, tenet etiam post alios Rebus. vbi
proximè num. 4. & Efcacia num. 68. vers. aut
grauat iudex requirens. quia tunc dicitur
imploratum auxilium facti, sicque præstan-
47 do illud non excedit fines auxilij petiti,
quare ad superiorem iudicis requirentis erit
appellandum. qui Doctores illud reddunt
exemplum, quòd si iudex secularis præstat
in executione familiam Episcopo modum
excedenti in eadem executione, appellabi-
tur ad Archiepiscopum, vel ad Papam, non
autem ad superiorem secularis, quia ipse
non grauat, nec à grauamine illato appella-
tur, tanquam gesto à requisito iudice, sed
tanquam à gesto per requirentem, cuius
imaginem

imaginem representat, & licet Ab. ubi proxime dixerit, appellari etiam posse ad superiorem iudicis laici, tamen mihi non placet, nec Efficacia nuper citato num. 68. in fi.

Secunda conclusio sit, quod quando appellatur à grauamine factò ab executore delegato, seu nuntio, cui commissa est executio sententiæ; puta quia ipse executor excedit fines mandati, tunc ad ipsum iudicem delegantem, seu committentem executionem appellandum est, ita Ab. ubi supra. tradit B. in l. à diuo Pio. §. 1. in fi. ff. de re iud. per quem & per l. arbitro. secundum vnam lectionem ff. qui iuris. cog. tenet Rebuf. in tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. num. 1. ubi ita decisum fuisse in facti contingentia, testatur, sequitur Efficacia de appella. q. 17. limi. 10. sub n. 67. vers. secus si nuntius seu executor. Felin. in c. pastoral. §. praterea in princ. de off. & potest. iud. deleg. Alex. conf. 95. lib. 2. Berol. conf. 32. n. 18. lib. 3. Lanc. Robert. de atten. 2. p. cap. 12. limi. 53. à num. 29. & diximus ad prin. huius è. ubi alia adduximus in comprobationem huius conclusionis.

Hæc tamen conclusio fallit in iudice requisito pro executione alicuius sententiæ, quia si ipse excesserit fines mandati, & executionis, non ad iudicem requirentem, sed ad superiorem iudicis requisiti grauantis erit appellandum, quia appellatur à grauamine, & factò huius iudicis exequentis iure proprio, non vt delegatus alterius iudicis, ita sic loquuntur Rebuf. d. tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. sub n. 14. fol. 378. sequitur Efficacia de appellat. q. 17. limi. 10. n. 68. Rebuf. allegat ad id Iff. & alios.

Sed horum Doctorum assertio ex ratione regulanda erit, ita vt sit amplectenda in casu, in quo militat dumtaxat, nempe, quando iudex exequitur iure proprio iuxta terminos tex. in c. Rom. §. contrahentes, de for. comp. lib. 6. scilicet quando ad illum iudicem sit contractus executio remissa, quia ad illum spectat, quia tunc iure proprio exequitur, quo casu nihil mirum, vt ad eius superiorem appelletur, at verò quando iudex, qui tulit sententiam, committit executionem facti iudici alterius territorij, ubi res existit, super qua executio, seu missio facienda est, tunc iste iudex sic requisitus dicitur iudex delegatus, & executor sententiæ, & mandati iudicis requirentis, ita expressè probant Ioan. Ferrar. in pract. in for. execut. sent. diffin. sub num. 14. fol. 277. Gratia. discepta. for. cap. 146. num. 7. Paz in prax. 5. p. tom. 1. cap. 2. num. 10. fol. 101. Couar. in practi. quest. c. 10. sub n. 7. ad med. c. 16. sub n. 5. & probat text. in l. à diuo Pio. §. sentent. Roma. & §. si super rebus, (qui ab illo dependet

iuxta mirabilem intellectum traditum à Couarruuia sub d. n. 5. quem vide ff. de re iud. & sic in hoc casu à ratione cessante, dicendum est, vt ab huiusmodi executoris excessu, cum procedat vt delegatus; debeat appellari ad iudicem requirentem, iuxta quæ dicunt Doctores in conclusione secunda citati. Et hanc interpretationem clarè sentit Ab. Panor. in d. c. quoad consultationem n. 28. in fi. & n. 29. eamque videtur etiam tenere Parlad. lib. 2. rer. quoti. c. fi. 2. p. §. 3. num. 6. dum pro resolutione huius doctrinæ, se remittit ad d. Ab. ibi, & factis probatur ex his, quæ supra in 2. illatione primæ conclusionis. maximè cum pro hac doctrina iuris vrget principium, dictans, vt à delegato, siue à Principe, siue ab ordinario inferiori, appelletur ad delegantem, latè prosequitur Efficacia de appell. q. 8. à n. 14. cum pluribus seq. cuius articuli resolutio difficilis est.

Hæc tamen nostra resolutio vno modo fallit, quando Iudex secularis petens auxiliũ ab Ecclesiastico pro executione suæ sententiæ, & ipse excedendo interponit auxiliũ iuris, puta, excommunicando, quia tunc appellandum est ad superiorem iudicis excommunicantis, vt tenent Ab. Rebuf. & Efficacia locis proximè citatis, quia tunc ex ea ratione puto procedere, quia iudex secularis non potest de grauamine excommunicationis cognoscere, nec illud reuocare.

CAPVT V.

Quid inter se distent, quoad procedendi modum, executor speciei certæ, & executor quantitatis, iurisve incorporalis, & executor facti, hoc est, compulsor ad factum præcisum. & an, & quando ab eis absque citatione procedentibus, seu excedentibus; emisse appellationi minime deferentibus, vis fiat.

SVMMARIVM.

Executorialium iudicium ab ordine iudiciario etiam summario multum distat. n. 1.

Via executiua est summaria, tamen magis accelerata quam simplex summarium iudicium. n. 2.

In iudicio summario agitur an debeat, in executio quomodo soluat. n. 3.

Causa est summaria, ergo executiua; non valet argumentum, causa est executiua, ergo summaria; valet. n. 4.

Iudicium cuius sententia exequitur non obstanti appellatione, non dicitur executiuum. n. 5.

Citatio

Citationem in via executiua non requiri qui teneant. n. 6.

Citationem in executorialium executione requiri qui teneant. n. 7.

Executio quando fit ab eo iudice vel eius executore super eadem re super qua lata est sententia, citationem non requirit. n. 8.

Executio ubi est facta rei, iudicis aut litigantis condemnati persona requirit citationem præcisè. n. 9.

In quolibet iudicio ubi rei aut personæ datur mutatio, noua citatio præcisè est, etiam si omnes necessaria præcesserint. n. 10.

Executio ubi est faciendæ in persona specialiter non nominata, in executorialibus citatio an necessaria sit. n. 11.

Bona debitoris ubi capiendæ sunt subhastanda pro executione quantitatis contentæ in sententia, requiritur citatio. n. 12.

Et quo executionis statu citatio hæc sit faciendæ. ibidem. declarata vt n. 13.

In executorialium executione pro quantitate debet intimari debitori vt soluat. n. 14.

Secus si instrumentum contineat tempus determinatum, quia tunc ipse interpellat. n. 15.

Executio & eius acta corruunt si emittatur necessaria citatio. n. 16.

Ab executore emittente necessariam citationem appellationis emisse esse deferendum decernit Senatus Regius. n. 17.

Executor merus is est cui nudum factum committitur, & executio, discussis omnibus qua opponi poterant executioni sententiæ. numero 18.

Executor merus si citauerit, non tenetur citatum expectare, quia non potest assumere partes iudicis, & iniuriam non commissam usurpare. n. 19.

Appellationis emisse à citato per merum executorem executorialium quem non tenetur expectare, non erit deferendum. n. 20.

Executorialium executores non eodem modo sed diuersimodè omnes sententiæ effectui tradunt. n. 21.

Executor pro summa pecuniaria procedit captis pignoribus subhastandis ex quibus satisfiit creditori, vel illi dantur in solutum. numero 22.

In executione instrumenti quarètiati pro quantitate, eodem modo proceditur quo in executorialibus. n. 23.

Ab executore pro quantitate incipiente à captura persona ante discussionem bonorum tanquam ab excedente licita est appellatio. n. 24.

Executor executorialium pro certa specie cogit præcisè condemnatum tradere, etiam vi & manu militari de possessione deijct. n. 25.

Sententia rei tradendæ obligat præcisè ad factum, nec soluendo interesse condemnatus li-

Salgado de proced. Reg. Tom. II.

beratur si habeat facultatem rei tradendæ. num. 26.

In venditione alicuius speciei si sit factum instrumentum quarètiatum venditor præcisè compellitur ad tradendum. n. 27.

Debitor licet possit soluendo interesse liberari, non tamen post sententiam diffinitiuam qua obligat præcisè ad tradendum. n. 28.

Res ubi in specie præstanda erit, executor facit præceptum reo vt intra triduum restituat, qua non restituta cogitur manu militari. num. 29.

In executione pro specie certa, ciuilius faciet iudex, si prius moneat condemnatum aut obligatum. n. 30.

Citationem præcedere executionem etiam ubi non sit necessaria, tutius erit. n. 31.

Posidente debitore speciei ex quarèntigia clausula absque citatione, auocatur possessio, secus si alius possidet. n. 32.

Condemnatus ad rem tradendam non cogitur præcisè, si non habeat facultatem rei tradendæ, puta, quia obiit, abiit, vel aliter periit, quia tunc in estimatione fit executio. num. 33. & sequentibus.

Quod procedit etiam in depositario, mandatario, & venditore. n. 34.

Verba adaptantur implicite saltem, quia quantitas estimationis semper inest rei petita estimabili. n. 35.

Res ad quam quis est condemnatus si longè absit, quomodo sit faciendæ executio. n. 36.

Executio capta pro re, an ea precepta sit profequenda, & in quo. n. 37.

Sententia pro Barone lata vt pro singulis centum ouibus ratione pascuorum Baro vnam habeat, etiam contra minus centum pascentem, fiat executio habito respectu ad numeram, & facta computatione grata. n. 38.

Si autem quinquaginta quis depascit, fiet executio pro estimatione dimidia partis vnius ouis. num. 39.

l. si longis C. de executione rei iudicata verba mirabilia conducuntur. n. 40.

Executorialium executor ad actum consistentem in animo condemnati, puta præstare patientiam aut consensum, renuntiare officium aut beneficium, & similia, quomodo se habere debeat. n. 41.

Executor ad factum dependens ab animo condemnati, non excedit non admittendo interesse, sed ad factum præcisè compellens. num. 42.

Obligatus ad factum licet ante sententiam liberetur præstando interesse, non tamen post illam, quia obligat præcisè. n. 43.

Executor ad factum dependens ex animo condemnati, an excedat illum contumacem per carcerem cogere. n. 44.

cc

Verba